



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devotee.**

**Leroy, François**

**Pragae, 1666**

§.1. Comitatum hunc, seu societatem, Christo Domino perpetim  
adhæsisse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47123](#)

Quod in rem præsentem interpretans B. Prosper: *Quid est,*  
*aut ambulare, sicut ille ambulavit: nisi contemnere omnia* *l. 2. de S. I.*  
*prosperum, quæ contempnit, non timere adversa qua pertulit?* *contr. c. 20.*

## CAPUT VIII.

*De tribus individuis Christi Domini co-*  
*mitibus; Paupertate, Dolore,*  
*Contemptu.*

### §. I.

*Comitatum hunc, seu societatem, Christo Domino*  
*perpetuim adhaesisse.*

**Q**uæfionem huic cōfiderationi atque argumentum  
præbuit, quod in vita R. P. Balthazaris Alyarez legi-  
tur, viri ex Ordine nostro sanctissimi; qui S. Marii Tereſiæ  
fuit à sacris Confessionibus, & cuius hæc ope atque operâ  
multum se in animi sui rebus adjutam libens fatebatur.

Is igitur uti assiduè Christum crucifixum habebat præ  
oculis, & vitæ ipsius ac mortis mysteria intento studio con-  
templabatur: ita præcipuo ac singulari animi sensu medita-  
ri solebat, tres (ut appellabat) individuos Christi comites,  
ut qui illi ab ipso Præsepi ad extremum usque spiritum con-  
tinenter adhaerint; Paupertatem scilicet, Dolorem & Con-  
temptum. Eoque referebat illud Prophetæ in Christi perso-  
na dicentis: *Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea;*  
*exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus.* Quibus  
verbis dicebat proponi viam, quam Salvator noster in omni  
vita tenuit; paupertatis nimirum, doloris, atque contem-  
ptus: Quos ille comites adeò familiares & intimos habue-  
rit, ut unā cum illo de utero egressi, cum ipso pariter per-

O o o 2

atatis

ætatis incrementa crescerent, usquedum sub vitz extenuam  
eam absolutionem ac perfectionem acciperent, ut jam ap-  
pateret ad summum denique pervenisse, neque quidquam  
esse, quod eis ultrà addi posset.

Itaque vir sanctus, Magistri sui imitandi desiderio,  
undem sibi comitatum assumere, & per omnem vitam co-  
stanter retinere, atque colere instituit: solitus etiam ho-  
Christi assecas & publicè & privatim sic commendare, u-  
audientes ad dicentis ardorem obstupescerent, similiq; al-  
carundem rerum amore vehementer inflammarentur.

Cæterum ante Patrem Alvarez, eundem in modum in-  
venio philosophari solitam sanctam Viduam B. Angelam &  
Fulginio: sive hic ab ipsa forsan hauserit, sive idem Ds  
Spiritus, qui utriusque mentem ac sensus agitabat, eandem  
utrique cogitationem injecerit. Dicebat autem speciatim  
B. Angela, hanc esse societatem seu comitatum, quem po-  
ter aternus filio suo in mundum prodeunti, ab ipso primo

*Vita c. 58.* sui conceptus momento attribuerit; summam paupertati-

*cap. 33. & 57.* tem, sumnum dolorem, sumnum despectum: atque eos

*cap. 50.* qui hæc ipsa ament, eundemq; sibi comitatum alescant,  
accepisse se divinitus, esse legitimos & electos Dei filios, o-  
sdemq; videri esse de intimis ejus familiaribus, ut quia

*cap. 50.* eadem cum illo scutella edant, & ex eodem calice bibant.

Quas etiam res B. Angela quantopere cordi haberet,  
vel illud indicio est, quod non modo in vita eas studiose  
identidem dilectis suis in spiritu filijs commendare insis-  
*cap. 70.* rit, sed etiam moriens, velut omnem censem suum ac operis  
testamento reliquerit: *Relinquo, inquiens, vobis totam ho-  
reditatem meam, quæ etiam est Christi JESU, scilicet pauper-  
tatem, dolorem, & despectum, vitam videlicet Christi.* Quo  
etiam factum est, ut circa ipsius imaginem, instrumenta  
passionis Christi arctè ac piè complectentis, lemmatis initia  
adscribatur: *Summa paupertas, summus dolor, summu*

E

Eadēmq; phrasī S: Cyprianus de Christo loquens: *O- lib. de pati-  
mnes, inquit, actus ejus ab ipso statim adventu, patientiā co- ent.  
mit signaneur.* quōd videlicet tres istos affectas in comi-  
tatu semper habuerit; quibus, opinor, rebus tota patientiæ  
materia contineretur. Et rectè ab ipso statim adventu  
hunc ei patientiæ comitatum assignat: quippe qui & in sta-  
bulo nascitur, per contemptum exclusus diversorio; & in  
præsēpi reclinatur, tanquam è sinu matris in gremium dile-  
cta paupertatis effusus; & frigori jam tum ac reliquis natu-  
re incommodis obiectur, ut nunquam esset sine dolore,  
postea vir, nunc infans dolorum, & jam tum sciens infirmi-  
tatem.

Expressiū autem S. Bernardus, tres istos comites no-  
minatim designans, ait: *Vix natus est, cœli gloria, cœli divi- De pass. Do-  
tia, cœli delitiae dulcis JESUS;* & ecce recenti ortui, crucis min. c. 36.  
*ignominia, crucis dolor, crucis paupertas copulatur.* Porro  
incommoda, quæ ab ortu suo sufferre coepit Salvator, igno-  
miniam, dolorem, ac paupertatem crucis appellat: sive  
quōd hæc essent rudimenta quādam & anticipatio, seu quasi  
delibatio eorum quæ postea in cruce toleratus erat; sive  
quōd partes essent & quasi membra crucis illius spiritualis,  
quam ab ipso conceptu in se suscepit, per omnem dein-  
ceps vitam pertulit, de qua eodem in tractatu S. Bernardus:  
*Passionem autem non illum diem appellamus, inquit, quo mor- cap. 5. & 35.  
tuus fuit, sed totam vitam illius. Tota enim vita Christi crux*  
*fuit & martyrium.* Et rursus: *Profecto à nativitate exor- cap. 36.  
dio passio crucis simul exorta est.* Quia de re nos infrā uberiū.

Ergo quorū manibus ex utero matris exceptus esset, in  
eorum quoque gremio atque complexu mori voluit, inter  
brachia crucis exspirans in summa paupertate, summo dolo-  
re, summo contemnū: nequā assignatum sibi à Patre co-  
mitatum dimitteret, illōve priūs quām vitā ipsā destituere-  
tur.

Serm: 9. tur. Quanquam neque jam exanimem, eōq; sensui dolis subtractum, comites reliqui continuo destituere vīsum quando & demortui latus contumeliae patuit, militis lance temeratum, & adeo nudus rebus omnibus inventus est, ut non nisi in alieno sepulcrum, nec nisi alieno sumptu sepulturam invenerit. Ut hic meritò dicamus cum Petro Ble  
si: *Omnem revolvite vitam Salvatoris ab utero Virginis, ad patibulum crucis, non invictis in eo nisi stigmata paupertatis.*

tom. 1. Opus. apud VVad. Quam in rem etiam S. Franciscus in præclara oratione ad Christum pro obtinenda vera paupertate, ipsum ait eis ad terras descendisse, ut illam posset charitate perpetu desponsare; proindeq; eandem vel in ipso utero sociale cum Christo commercium inchoasse; eandem ipsum ei utero in præsepe recepisse; in ipso passionis confitu, eadem Christo velut individuum armigerum astitisse; ipsum denique Christum in ejus sponsæ strictis amplexibus amam emisisse, &c.

Decebat nimurum hic comitatus DEI Filium: ut quoniam (quod ait dilectus ei discipulus) omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vita; atque ex tribus his eorum qui mundum diligunt omnis vita componitur: è contrario illius vita, quæ se in mundo oppositurus, eumq; debellaturus adveniat, rebus directo adversantibus coalesceret, & doloris sensu concupiscentia carnis, paupertatis amore, concupiscentia oculorum, contemptus desiderio, superbia vita opprimitur.

### §. 2.

*Eosdem tres comites, ei quoq; qui Christum proprius sequi sideret, in socios adscendendo esse.*

Argo